qui generare non possunt, velut spado [1], utroque modo possunt adoptare. Idem juris est in cœlibe [2]. §. 7. Item is [3] qui filium non habet, in locum nepotis adoptare potest. §. 8. Si paterfamiliæ arrogandum se dederit, liberi [4] quoque ejus quasi nepotes, in potestate fiunt arrogatoris. §. 9. Fœminæ [5] vero neutro modo possunt [6] adoptare, quoniam [7] nec naturales liberos in potestate habent.

TIT. IX.
DE HIS QUI IN MANU SUNT.

FArre [8] convenitur [9] in manum, certis verbis, & testibus X. præsentibus, & solenni [10] sacrificio facto, in quo panis [11] quoque farreus adhibetur.

* * *

TIT. X.
QUI IN POTESTATE MANCIPIOVE SUNT QUEM-ADMODUM EX JURE LIBERENTUR [12].

§. 1. LIberi parentum potestate liberantur emancipatione [13], id est, si posteà quam mancipati fuerint, manumissi sint. Sed filius quidem ter [14] mancipatus [15], ter manumissus, sui juris fit. Id enim lex duodecim Tabularum [16] jubet his verbis, *Si pater filium ter venumdarit [17], filius a patre liber esto.* Cæteri autem liberi præter filium [18] tam masculi quam fœminæ, una [19] mancipatione manumissioneque sui juris fiunt. §. 2. Morte [20] patris filius & filia sui juris fiunt. Morte autem avi nepotes ita [21] demum sui juris fiunt, si post mortem avi in potestate patris futuri non sunt: veluti si moriente avo pater eorum aut jam decesserit, aut de potestate dimissus est. Nam si mortis avi tempore, pater eorum in potestate ejus sit, mortuo avo, in patris sui potestate fiunt.

§. 3. Si patri vel filio aqua [22] & igni [23] interdictum sit, patria potestas tollitur quia peregrinus fit is, cui aqua & igni interdictum est. Neque autem peregrinus [24] civem Romanum, neque civis Romanus peregrinum in potestate habere potest.

§. 4. Si pater ab hostibus captus sit, quamvis servus hostium fiat: tamen cum reversus fuerit, omnia pristina jura recipit, jure postliminii. Sed quandiu apud hostes est, patria potestas in filio ejus interim pendebit [25]: & cum reversus fuerit ab hostibus, in potestate filium habebit. Si vero ibi decesserit, sui juris filius erit. Filius quoque si captus fuerit ab hostibus, similiter propter jus postliminii, patria potestas interim pendebit. §. 5. In potestate parentum esse desinunt [26] & hi qui Flamines [27] Diales [28] inaugurantur, & quæ virgines Vestæ [29] capiuntur.

TIT. XI.
DE TUTELIS [30].

§. 1. TUtores constituuntur tam masculis [31] quam fœminis: sed masculis quidem impuberibus duntaxat, propter [32] ætatis infirmitatem; fœminis autem tam impuberibus, quam puberibus, & propter sexus infirmitatem, & propter forensium rerum ignorantiam. §. 2. Tutores autem legitimi sunt, aut senatusconsultis constituti, aut moribus [33] introducti.

§. 3. Ligitimi tutores sunt, qui ex [34] lege aliqua descendunt. Per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim Tabularum introducuntur, seu propalam, quales sunt agnati: seu per [35] consequentiam, quales sunt patroni. §. 4. Agnati sunt, a patre cognati virilis sexus, per virilem [36] sexum descendentes, ejusdem [37] familiæ: veluti [38] patrui, fratres, filii fratris patruelis. §. 5. Qui liberum caput mancipatum sibi vel a parente [39], vel a cœmptore [40] manumisit: per [41] similitudinem patroni, tutor efficitur, qui fiduciarius [42] tutor appellatur. §. 6. Legitimi tutores, alii tutela in jure cedere [43] possunt. §. 7. Is cui tutela in jure cessa est, Cessicius [44] tutor appellatur: qui sive mortuus fuerit, sive capite minutus, sive alii tutela cesserit, redit ad legitimum tutorem tutela. Sed & si legitimus decesserit, aut capite minutus fuerit, cessitia quoque tutela extinguitur. §. 8. Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessitia tutela non procedit: quoniam permissum erat in jure cedere tutelam fœminarum tantùm, non etiam masculorum. fœminarum autem legitimas tutelas lex Claudia [45] sustinet [46]. §. 9. Exceptæ [47] tutela patronorum legitima tutela capitis diminutione amittitur. §. 10. Capitis minutionis species sunt tres [48], maxima, media, minima. §. 11. Maxima capitis diminutio est, per quam & civitas, & libertas amittitur. veluti cum incensus [49] aliquis venierit: aut cum mulier [50] alieno servo se junxerit, denuntiante [51] domino, & ancilla facta fuerit, ex senatusconsulto Claudiano [52].

§. 12. Media [53] capitis diminutio dicitur, per quam sola civitate amissa, libertas retinetur. quod fit in eo cui aqua & igni interdictum.

§. 13. Minima [54] capitis diminutio est per quam & civitate & libertate salva, status duntaxat hominis mutatur: quod fit adoptione, & in manu conventione. §. 14. Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur [55] eadem lege XII. Tabular. his verbis: *Uti [56] legassit super pecunia tutelave [57] suæ rei, ita jus esto:* qui [58] tutores dativi appellantur. §. 15. Dari testamento tutores possunt liberis qui [59] in potestate sunt. §. 16. Testamento tutores dari possunt hi, cum [60] quibus testamenti faciendi jus est, præter Latinum Junianum. Nam Latinus [61] habet quidem testamenti factionem, sed tamen tutor dari non potest. id enim lex Junia prohibet.

§. 17. Si capite diminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam, sed si abdicaverit [62] se tutela, desinit esse tutor [63]. Abdicare autem est, dicere nolle se tutorem esse in jure. Cedere [64] autem tutela testamento datus non potest, nam & legitimus in jure cedere potest, abdicare [65] se non potest. §. 18. Lex Atilia [66] jubet mulieribus, pupillisve non habentibus tutores dari a Prætore, & majore [67] parte Tribunorum plebis: quos tutores Atilianos appellamus. Sed quia lex Atilia Romæ tantum locum habet, lege Julia & Titia perfectum est, ut in provincia quoque similiter a præsidibus earum [68] dentur tutores. §. 19. Lex Junia tutorem fieri jubet Latino, vel Latinis impuberibus eum, qui etiam ante manumissionem ex jure Quiritium fuit. §. 20. Ex Lege Julia de maritandis ordinibus, tutor datur a Prætore urbis ei mulieri virginive, quam ex hac causa lege nubere oportet, ad dotem dandam [69], dicendam [70], promittendamve [71], si legitimum tutorem pupilla [72] non habeat. Sed posteà Senatus censuit ut etiam in provincia quoque, similiter a præsidibus earum ex eadem causa tutores dentur. §. 21. Præterea etiam in [73] locum muti, furiosive tutoris, alterum dandum esse tutorem ad dotem [74] constituendam Senatus [75] censuit. §. 22. Item ex Senatusconsulto tutor datur mulieri ei, cujus tutor abest [76], præterquam si patronus sit, qui abest. Nam in locum patroni absentis alter peti non potest,

1 *l. 2. §. 1. l. 40. in fin. ff. ead. §. 9. Inst. eod.* Cajus §. 4. 2 *l. 30. ff. eod.* Cœlebs est qui uxorem non habet. 3 *l. 37. ff. ead. §. 7. Instit. eod.* 4 *l. 40. ff. ead. §. 11. Inst. eod. l.* Cajus §. 5. *ult.* 5 §. 10. *Inst. eod. l. 5. C. eod.* 6 Postumus tamen justu principis adoptare. *l. 29. §. 3. ff. de testibus et testamentis.* 7 *d. l. §.* 8 Tribus modis apud veteres fiebant nuptiæ. Usu, si mulier anno cum viro fuisset: Farre & cœmptione, seu in manu conventione, de quibus mox dicam. adde Servium 1. Georgic. 9 Convenire in manum, pro quo Tribonianus dixit convenire. *l. 17. ff. de act. rer. amot.* convenire in matrimonium. *l. 15. ff. de ritu nuptiar. l. 13. §. 1. ff. de verbor. obl.* quo genere loquendi usus est etiam Gellius 18. *cap. 6.* Convenio in manum fiebat, etiam cœmptione. Cicero pro *L. Flacco.* In manum conveneram: nunc audio, dicit quæstor mihi an cœmptionem? Farre (unde confarreatio dati. ex quo Plinius 18. *c. 2.* loquitur, confarratio: cui contraria diffarreatio, Fest. *in voce Diffarreatio.*) quo tantum genere Flamen Dialis Flaminiæ jungebantur. Serv. a *Eneid. ex eo* matrimonii qui nascebantur patrimi & matrimi dicebantur. Fest. *in voce Luminea.* Serv. 1. Georgic. 1. Gel. 12. Ex patrimis tres simul nominabantur, ut ex iis unus Flamen Dialis legeretur. Tacit. 4. Annal. Sed quia confarreandi adfuturæ domûs omissa, aut inter paucos retenta propter incuriam virorum & fœminarum, & ipsius cæremoniæ difficultatem: tum quod qui ita conveniebant, de patria exibant potestate, placuit Tiberii tempore, ut Flaminica Dialis in potestate viri esset, cæteri promiscue genere fœminarum agerent. Et hoc quidem genere nuptiarum posteà non soli Flamines uti videntur, sed & alii: quod hic inuitur, ibi, in quo panis quoque farreus. Cœmptione vero fiebat matrimonium. Serv. 1. *Georg.* libra & ære adhibitis. Serv. a *Eneid.* Eaque solennitate præcinite uxor quasi emebatur, ejusque cœmptionis is erat effectus, ut quæ ita in manum viri conveniebat, ea viro suo heres esset. Cajus 3. *Instit. apud Ruffinum, autorem collationis legum Mosaicarum tit. 16.* adde Gel. 18. *c. 6. in fin.* adde quæ scripsi *ad tit. C. de spurialib.* his adde Petr. Pithœum 16. *Notar. Mosaic.* 10 Videtur inuni ritus aquæ & ignis, de quo Servius a *Eneid. Detaleque tua Tyrios commitere dextræ.* Quid aliud dextræ committere, quam in manum convenire? quæ convenio eo ritu perficitur, utaquæ & igni adhibitis natura conjuncta habeat. 11 Panis farreus, qui & farreum Festo & Plinio 18. *c. 3.* genus hibi ex farre compositum.

12 Cajus 1. *tit. 6. Novell.* 81. *L. 1. Inst.* 12. *L. 8. C.* 49. 2. Paul. *Sent.* 28. 13 §. 6. *Instit. quib. mod. jus patriæ potest. l. 1. C. de dot. & C. de emancipationibus liberorum.* 14 Vide Cajum 10. §. 1. 15 Id est, venditus, vid. *d. §.* 1. 16 Idem fuit constitutum a Romulo. Dionys. Halicarnass. 2. 17 Olim liberos etiam interficere parentibus permissum erat. vid. *l. 11. in fin. ff. de liber. & posthum.* 18 Ut nepotes, pronepotes. Senfus eft, filios factos fui juris trina emancipatione fuiffe: filias, nepotes, pronepotes, & deinceps, unica. *l. 8. in fin. ff. de iniuffo:* Cajus 6. §. 2. *verf. fæmina vel nepotes.* 19 *d. l. 8. in fin.* 20 *Inftitud. quib. mod. jus patriæ potef. in princ. l.* 15. *ff. quando dies leg.at.* quæ morte folvantur, dixi ad *Novell.* 22. *cap.* 20. 21 *Inftit. eod. in pr. l. 6. ff. de his qui fui funt fali.* 22 His duobus elementis veteres utebantur tanquam facramento ad nuptias concilianda, Lactantius 2. *Inftitut.* 10. ita, quem volebant perditum, privabant utroque elemento, dixi ad *l. 1. §. 2. ff. de leg.* 3. 23 In huius pœnæ locum fuccefit deportatio, adeoque eadem veteribus dicta exilium, Cajus 6. §. 1. in cujus etiam vicem fuccefit id genus exilii, quod hodie appellant *Banniffement.* 24 Peregrinus, civem: & e contra, in fua poteftate habere non poteft. Cajus 6. §. 1. Peregrini etiam non non capiebant ex teftamento. *l. 2. ff. de ter. inft.* Ex peregrino & cive Rom. natus, fiebat peregrinus. *tit. 5. §. 8. fupr. ead.* 25 §. 5. *Inft. quib. mod. jus patriæ potef.* 26 *d. §. 5. l. 1. §. 1. ff. de SC. Mac. l. 15. in fin. ff. de fuis & legit. hered.* fine emancipatione. *l. 2. §. 1. ff. quod cum eo. l. 1. §. 4. ff. mand. de pec.* fine capitis deminutione. *l. 3. in fin. ff. de SC. Mac.* 27 Qui flaminium Diale adipiscebatur, jure patrio exibat. Tacit. 4. *Annal. anno* 776. 28 Id eft, Jovis. 29 Gellius 1. *c.* 12. Virgo Veftalis, fimul atque capta in atrium Veftæ deducta, Pontificibusque tradita eft, eo ftatim tempore, fine emancipatione, ac fine capitis minutione, e patria potestate exibat.

30 Cajus 7. *Inftit.* 13. *L.* 26. *ff.* 1. 31 *l. 1. §. 3. ff. eod. l. 1. ff. de legit. tut.* 32 Propter ætatem §. 1. *Inftit. eod. l. 1. ff. eod.* ἁπλόϊς ἀτελὴς Theoph. *eod.* 33 *l. 1. ff. de curator. furiof.* 34 *l. 5. ff. de tutorib.* 35 Per consequentias hereditatum *l. 3. ff. de legit. tut.* per interpretationem, ac fi verbis legis introduti effent. *Inft. de legit. patr.* ut qui fperarent fucceffionem, idem bona confequeretur. *Inft. d. tit. l. 1. ff. de leg. tut.* vid. *l. 73. ff. de regul. jur.* 36 Per virilis fexus cognationem. *l. 1. §. 1. ff. de legitima adgn. tut.* per virilis fexus perfonas. *l. 7. ff. de legitimis tut.* per patrem cognati, ex eadem familia *l. 10. §. 2. ff. de gradib.* 37 *d. §. 2.* communi enim jure familiam dicimus omnium agnatorum. *l. 195. §. 2. verf. communi. ff. de verb. fign.* 38 Veluti fratres, patruelis, filii fratris, patruelis Cuj. *hic.* 39 Fiduciario fcil. *de quo infr.* 40 Id eft, patre naturali, v. *infr.* 41 Patroni ad tutelam liberorum, quos manumiserunt, vocati funt, lege XII. tabul. ex confequentia. §. 3. 8. *eodem.* Eadem igitur ftmilitudine, patres vocati oportuit liberorum, quos emancipaverunt, & manumiferunt tutelam. 42 Vid. i. Caj 6. §. 4. *vers. mancipat.* 43 *l. 8. §. 7. l. 10. 1.* 44 Nota de Ceffico tutore. *ut hic:* & Ceffitia tutela *l. ead. & §. 8. & 17. l.* 45 De qua lex XII. *C. de legitima tut.* 46 Suftulit. Cujacius. 47 Tribonianus hunc locum ita interpretatus eft, exceptis his, que in manu-fieno-pofifs perfonis deferuntur. *l. 7. ff. de capit. min.* quem locum Cujac. *hic* ita reftituit, exceptis his que I. A. P. P. id eft, exceptis his, quæ jure agnationis proximis potiffimum deferuntur. Hotomanus 3. *obferv.* 9. legit, exceptis his que in nomine alieno poffint perfonis deferuntur. 48 *l. ult. ff. de capite min.* 49 Cicero *pro Cecina, in fin.* Jam populus cum eum vendit, qui nullis factus non eft (id eft, quia ad declinum non refpondit, qua de re dixi ad *l. 20. ff. comm. prad. l. 4. §. 10. ff. de re militari.*) non admit ei libertatem, fed indicat eum non effe liberum, qui cum liber effet, adire periculum nolnit. Cum autem incenfum (id eft eum, qui cenfum vitavit) hoc indicat: eum ii, qui in fervitute juffa fuerint, cenfu liberentur, eum, qui, cum liber effet cenferi noluerit, ipfum fibi libertatem abjudicaffe. Quod fi maxime hifce rebus admini libertas aut amitti poteft &c. *Halicarn.* etiam *libro 4.* refert Servii Tullii juffu bona omnium civium cenfita, eis, qui non cenferent, pœna propofita, ut bonis in fifcum redactis, cafi virgis fub hafta venirent: eamque diu legem Romanis fervatam fuiffe. *l. 27. ff. depofiti.* 51 *d. l. 27.* ibi, *nulla denunciatione a domino facta.* vel, ut Hotomanus legit, *abfero.* 12. nulla denunciatione domino facta. Priori fcientiæ optime convenit illud Tertulliani 2 *ad uxorem.* Nunne iniqui cenferentur feruitori vindicandas, que cum alieno fervo poft dominorum denunciationem in confuetudine perfeverent, adde *l. 3. C. de manifeg.* 52 Id hodie abrogatum eft *C. de SC. Claud. tollend. & Inftit. de fucceffion. fublat. que febant per hoc* verf. &c.

54 Minima capitis diminutione, familiam: media, familiam & civitatem: maxima, familiam, civitatem & libertatem amittimus. *d. l. ult.* adde *Inftit. de capit. diminut.* 55 Teftamento dati tutores, lege confirmantur, *l. ult. ff. de confirm. tut.* 56 Hoc caput ad hereditates etiam & legata refertur, uti quisque legaffit fuæ rei, ita jus eito *l. 120. ff. de verb. fignif.* uti quisque legaffit de re fua, ita jus eito. *Novell.* 22. *cap.* 2. Paterfamilias uti fuper pecunia tutelave fua legaffit, ita jus eito. Atque ad Heren. 1. fuper pecunia, tutelave fuæ rei *l. 53. ff. de verb. fignif.* ut eam pecuniam, easve res, quibusque dare legarve velet, jus poteftasque efto. *l. 1. ff. ad l. Falcid. & Ulpian. tit. 1. §. 9. & Ted. Lex* XII. tabul. confirmat quod datum, legatum eft.

57 *fignifie.* fuper pecunia, tutelave fua. 58 Verba quæ fequuntur, effe quafi argumentum feriptoris fequentis videntur. alias impropriæ legitimi, tutores dativi dicuntur. *l. 5. ff. de legitim. tut.* quod tamen ex hoc §. fequitur. 59 *l. 1. §. 1. ff. de confirm. tut. l. 1. ff. de teft. am. tut.* 60 *l. 21. ff. de teft. tut.* 61 De quo vide §. *tit. de Latini.* 62 Id eft, fe excufaverit. *l. 11. §. 2. ff. de teftam. tut.* 63 Ejusque loco non legitimi, fed tutores conftituuntur. *d. §. 2.* 64 Id eft, excufare. 65 Id eft, excufare. 66 Vide *Inft. de Atilano tutore.* 67 *Inft. d. loco.* 68 Itaque qui funt ejus provincia, vel ibidem domicilium habent. *l. 1. §. 2. in fin. ff. de tutorib. ead.* 69 *l. 5. §. 4. l. 61. ff. de jure dot.* vid. *tit. 6. §. 1. & 2. ead.* 70 Dos olim dicebatur. qua de re *d. l. 7.* 71 *d. §. 2. in fin.* adde & augendam & minuendam. 72 Hanc vocem delendam putat Cujacius, cum hic agatur de pubet, non de pupilla. 73 *l. 17. ff. de tutelis. l. 11. l. 40. ff. de excufat. tut.* 74 Et ad res alias *d. l. 17. l. 11. l. 40.* 75 *d. l. 17.* 76 Adde *l. 15. ff. de tutelis. l. 10. ff. de tut. dat.*

hiſi ad hereditatem adeundam [1], & nuptias contrahendas. Idemque permiſit in pupillo [2] patroni [3] filio. §. 23. Hoc amplius Senatus cenſuit, ut ſi tutor pupilli pupillæve ſuſpectus [4] a tutela ſubmotus fuerit, vel etiam juſta de cauſa excuſatus [5], in locum ejus tutor alius detur. §. 24. Moribus tutor datur mulieri [6] pupillove qui [7] cum tutore ſuo lege aut legitimo judicio agere vult, ut auctore eo agat (ipſe enim tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt) qui Prætorianus [8] tutor dicitur, quia a prætore urbis dari conſuevit. §. 25. Pupillorum pupillarumque tutores & negotia gerunt, & auctoritatem [9] interponunt. Mulierum autem tutores auctoritatem [10] duntaxat interponunt.

§. 26. Si plures ſunt tutores, omnes in omni re debent auctoritatem accommodare, præter [11] eos qui [12] tunc dati ſunt: nam ex his vel unius [13] auctoritas ſufficit. §. 27. Tutoris auctoritas neceſſaria eſt, mulieribus [14] quidem in his rebus, ſi lege aut legitimo judicio agant, ſi ſe obligent, ſi civile negotium gerant, ſi libertæ ſuæ permittant in contubernio alieni ſervi morari, ſi mancipia alienent. Pupillis autem hoc amplius, etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus eſt. §. 28. Liberantur tutela, maſculi quidem pubertate [15]. Puberem autem Caſſiani [16] quidem eum eſſe dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id eſt, qui generare poteſt: Proculeii [17] autem, eum qui quatuordecim annos explevit: verum [18] Priſcus eum puberem eſſe, in quem utrumque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum. Fœminæ autem tutela liberantur [19].

TIT. XII.
DE CURATORIBUS [20].

§. 1. CUratores aut legitimi ſunt, id eſt, qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut honorarii [21], id eſt, qui a Prætore conſtituuntur. §. 2. Lex [22] duodecim Tabularum furioſum, itemque prodigum cui bonis interdictum eſt, in curatione jubet eſſe agnatorum. §. 3. A Prætore conſtituitur curator, quem ipſe Prætor voluerit, libertinis, prodigis, itemque ingenuis, qui ex teſtamento parentis heredes facti, male diſſipant [23] bona: his enim ex lege curator dari non poterat: cum ingenuus quidem non ab inteſtato, ſed ex teſtamento heres factus ſit patri: libertinus autem nullo modo patri heres fieri poſſit, qui nec [24] patrem habuiſſe videtur, cum ſervilis cognatio nulla [25] ſit. §. 4. Præterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus, idonee negotia ſua tueri [26] non poteſt.

TIT. XIII.
DE [27] COELIBE [28], ORBO [29], ET SOLITARIO [30] PATRE.

§. 1. LEge Julia [31] prohibentur uxores ducere, ſenatores [32] quidem liberique eorum, libertinas [33], & quæ ipſæ, quarumve pater materve artem ludicram [34] fecerit: item corpore [35] quæſtum facientem. §. 2. Cæteri autem ingenui prohibentur ducere lenam [36], a lenone, lenave manumiſſam, & in adulterio [37] deprehenſam, & judicio publico damnatam [38], & quæ artem ludicram [39] fecerit: adjicit Mauricianus [40], & a ſenatu [41] damnatam.

TIT. XIV.
DE POENA LEGIS JULIÆ [42].

FOeminis [43] lex Julia a morte viri anni tribuit vacationem [44], a divortio ſex menſium: lex autem Papia a morte viri, biennii [45]: a repudio, anni & ſex menſium.

1 *l. 9. ff. de tutorib. dat.* 2 *l. 11. ff. de tut. dat.* 3 Hanc particulam Cujacius expungit. 4 *l. 14. §. 4. ff. de tutelis.* 5 *d. l. 11. §. 1.* 6 Dixi ad leges XII. tabul. *lib. 2.* adde §. 27. *§. eod.* 7 Vid. *l. 1. C. de in litem dando.* 8 Prætorius §. 28. *Inſt. de auct. tut.* Hodie tutores fiunt ex inquiſitione, dativi: ſed curator. 9 *l. 1. ff. de admin. tut.* 10 Vid. *Inſt. ff. C. de auct. tutor.* vide Cujac. 7. *obſ.* 11. 11 Hodie id immutatum, *v. l. ult. C. de auctor. præſt.* 12 Qui teſtamento dati *Cujac.* 13 *l. 2. l. ult.* adde *l. 1. l. 7. §. 1. ff. de auctor. tut.* 14 §. 4. §. 8. *eodem.* 15 *Inſt. quib. mod. tut. fin.* 16 Veteres. *Inſtit. quib. mod. tut. fin.* 17 Proculiani: quorum ſententia probatur a Juſtiniano tit. *C. quando tutor vel curat. eſſe deſinit.* 18 Et ita res a Juriſconſulti inter ſe diſſentiunt. Caſſiani, Proculiani & Priſcus. ſic alibi Gallus, Labeo & Tubero. *l. 32. §. 1. ff. de euro.* 19 Anne XII. ſc. hunc locum ita cenſeo perficiendum. *Inſt. d. loco. & l. 1. C. eod.* 20 Ulli malis dicere teminas excutiant a torchis.

20 1. Cai. 8. 1. *Inſtit.* 23. *C.* 70. 27. *ff.* 10. 21 Dantur etiam teſtamento, poſtea confirmandi a prætide. §. 1. *Inſt. eod.* 22 *l. 1. ff. de curat.* 23 Qui neque tempus, neque finem expenſarum habent. *d. l. 1.* 24 Utitur Juriſconſulti nus argumento a privatione ducto, ut & alibi, Nemo cogitur reddere quod non habet. *l. 22. §. 3. ff. ad SC. Treb.* Non repudiat, qui negat nuptum. *Nov.* 74. *c.* 5. Non latinus, qui ibi non eſt (domicilium habet. *l. 5. §. fin. ff. de reb. auct.* Servus capite minui non poteſt, qui nullum caput habet. *l. 5. in fin. ff. de cap. min.* 25 Imo, aliqua *Inſt. de ſervili cognat.* 26 *l. 2. ff. ead.*

27 Hæc epigraphe convenit melius titulo ſequenti. 28 Dion. 54. refert, legem Julium τοῖς τε ἀγάμοις καὶ τοῖς ἀτεκνίοις graves pœnas irrogaſſe. Intelligit autem id pœnæ genus, quo cœlebs vetatur quidquam extranei teſtamento capere: niſi intra certum dies nuptias contraxerit. *tit. 17. §. 1. Inſt. eod.* 29 Suzom. 9. 15. *ff. de mortu. in fraud. dona. l. 6. ff. de vulgar. & pup. ſubſtitut.* Tertullianus *libro de Monogamia.* Aliud *ita cauta donat. l. 6. ff. de vulgar. & pup. ſubſtitut.* Tertullianus *libro de Monogamia.* Aliud *ita cauta donat. l. 6. ff. de vulgar. & pup. ſubſtitut.* Tertullianus *libro de Monogamia.* Aliud eſt ſi apud Chriſtum, legibus Julii apud credunt & exiſtimant cœlibes & orbos ex teſtamento Dei ſollum capere non poſſe. Tacit. 3. *Annal.* Relatum de moderanda Papia Poppea, quam ſenatus pro Julias rogatas incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario ſanxerat &c. ad has pœnas reſpexit Plutarch. lib. περὶ φιλοστοργίας, ἡμιόλιον τοῦδε, inquit, γαμικὸς ὁ γονεὺς, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ᾽ ἵνα κληρονομῶσι θνητοί. Autor Panegyrici Maximo & Conſtantino dicati leges Julias ita commendat. Leges, inquam, quæ multa cœlibes notarunt, parentes præmiis honorarunt, vere dicuntur effe fundamenta Reipublicæ, quia feminarium juventutis & quafi runt, vere dicuntur effe fundamenta Reipublicæ, quia feminarium juventutis & quafi fontem humani corporis ſemper Romanis exercitibus miniſtrarunt. 29 Orbus fontem humani corporis ſemper Romanis exercitibus miniſtrarunt. 29 Orbus ſemiſis capiendi capax erat, non ſolidi *l. 6. ff. de vulgar. & pup. ſubſtit. l. 42. ff. de legat.* 1. Utrum ſexagenarius factus eſt & illi lex Papia Iliadum impoſuit? an impetravit jus trium liberorum? & Apuleio 2. *Apologet.* in judicio objectum, quod Pudentilla o anno ætatis 60. ad libidinem nuptiſſet. Hodie major ſexagenario minorem quinquagenaria duxere poteſt. *l. 27. C. de nupt. l. 12. C. de legitim. hæredibus.* Nam antiore Aristotele 5. περὶ ζώων ἱστορίας τὸν μοιχὸν, ut Aquila loqui- qui eminentes & ſolum filium habet, μόνον τηλύγετον ὑὸν μοιχὸν, ut Aquila loqui- tur: quafi medius inter orbum & cœlibem, & multorum liberorum parentem. Priorum pœnas ut non patitur, ita ſuperiorum præmiis non fruitur. 31 Quæ & Paulum pœnas ut non patitur, ita ſuperiorum præmiis non fruitur. 31 Quæ & Paulum 2. *l. 44. ff. de ritu nuptiar.* 32 *l. 16. l. 31. d. 32. l. 34. in fin. l. 44. ff.* 34 Ad hanc referendi *de ritu nuptiar.* Id hodie ſenatoribus remiſſum eſt. *Novell.* 78. *c.* 3. 33 *l. 23. ff. de* 35 Lenæ *Inſt. de Atiliano tutore.* 36 *d. l. 43. §. 10. ff.* 37 *d. l. 43. §. 10. 11.* 39 *d. l. 44.* 40 Qui ad leges Julias ſcripſit. 41 *l. 16. l. 43. §. 10. ff. de ritu nupt.* 42 Orbis, cœlibibus & ſolitariis inſectæ. 43 Quid mariti? trienni vide- tur ſuiſſe ex lege Julia *Sueton.* anni, lege Papia. Nam ipſe Auguſtus, apud Dionem 56. die diverſi vel mortis cui temporis effet vacatio, incertum forte, quonam de fæmi-

ab eo data, ex cujus perſona hereditas caduca facta eſt, ſalva ſunt: ſcilicet [1] & legata & fideicommiſſa cum ſuo onere fiunt caduca.

TIT. XVIII.

QUI HABEANT JUS ANTIQUUM IN CADUCIS.

ITem liberis [2] & parentibus [3] teſtatoris usque ad tertium gradum lex Papia jus antiquum dedit: ut heredibus illis inſtitutis, quod quis ex eo teſtamento non capit, ad hos pertineat, aut totum, aut ex parte, prout pertinere poſſit.

TIT. XIX.

DE DOMINIIS [4] ET ADQUISITIONIBUS RERUM.

§. 1. OMnes res aut mancipi ſunt [5], aut nec mancipi. Mancipi [6] res ſunt prædia in Italico ſolo, tam ruſtica, qualis eſt fundus: quam urbana, qualis domus. Item jura prædiorum ruſticorum velut via, iter, actus & aquæductus. Item ſervi & quadrupedes, quæ dorſo collove domantur, velut boves, muli, equi, aſini: cæteræ res nec mancipi ſunt. Elephanti [7] & cameli, quamvis collo dorſove domentur, nec mancipi ſunt: quoniam beſtiarum numero ſunt. §. 2. Singularum rerum dominia nobis adquiruntur, mancipatione [8], traditione [9], uſucapione [10], in jure ceſſione [11], adjudicatione [12], lege [13]. §. 3. Mancipatio propria ſpecies alienationis eſt [14], & [15] rerum mancipi [16]: eaque fit certis [17] verbis, libripende [18], & quinque teſtibus præſentibus. §. 4. Mancipatio locum habet inter cives Romanos, & Latinos Colonarios [19] Latinosque Junianos, eosque peregrinos, quibus [20] commercium datum eſt. §. 5. Commercium eſt emendi [21] vendendique invicem jus. §. 6. Res mobiles non niſi præſentes mancipari poſſunt, & non plures quam quæ manu capi poſſunt. Immobiles autem, etiam plures ſimul, & quæ diverſis locis ſunt, mancipari poſſunt.

§. 7. Traditio [22], proprie [23] eſt alienatio rerum [24]. Nec mancipi rerum dominia, ipſa [25] traditione deprehendimus: ſcilicet, ſi ex juſta cauſa traditæ ſunt nobis. §. 8. Uſucapione [26] dominia adipiſcimur, tam mancipi rerum, quam nec mancipi. Uſucapio [27] eſt autem dominii adeptio [28], per continuationem poſſeſſionis anni, vel biennii: rerum mobilium anni, immobilium biennii. §. 9. In jure ceſſio quoque communis alienatio eſt, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres [29] perſonas, in jure cedentes, vindicantes, addicentes. §. 10. In jure cedit dominus, vindicat is, cui ceditur, addicit [30] Prætor. §. 11. In jure cedi res etiam incorporales poſſunt, velut uſusfructus [31], & hereditas [32], & tutela [33] legitima, & libertas [34]. §. 12. Hereditas in jure ceditur, vel antequam [35] adeatur, vel poſteaquam adita fuerit. §. 13. Antequam adeatur, in jure cedi poteſt legitimo ab herede: poſteaquam adita eſt, tam a legitimo, quam ab eo qui teſtamento heres ſcriptus eſt.

§. 14. Si antequam adeatur hereditas, in jure ceſſa ſit, perinde heres fit cui ceſſa eſt, ac ſi ipſe heres legitimus eſſet. Quod ſi poſteaquam adita fuerit, in jure ceſſa ſit, is [36] cui ceſſa eſt, permanet heres, & ob id creditoribus defuncti [37] manet obligatus: debita vero pereunt, id eſt, debitores defuncti liberantur. §. 15. Res autem [38] corporales, quoties ſingulæ in jure ceſſæ ſunt, tranſeunt ad eum cui ceſſa [39] eſt hereditas. §. 16. Adjudicatione [40] dominia nanciſcimur, per formulam [41] Familiæ erciſcundæ [42], quæ locum habet inter coheredes: & per formulam Communi dividundo [43], cui locus eſt inter ſocios: & per formulam Finium regundorum [44], quæ eſt inter vicinos. Nam ſi judex uni ex heredibus aut ſociis, aut vicinis rem aliquam adjudicaverit, ſtatim illi acquiritur, ſive mancipi, ſive nec mancipi ſit. §. 17. Lege nobis adquiritur velut caducum [45] vel [46] ereptitium [47] ex lege Papia Popœa [48]: item legatum [49] ex lege XII. Tabularum, ſive mancipi res ſint, ſive nec mancipi. §. 18. Adquiritur autem nobis etiam per [50] eas perſonas, quas in poteſtate, manu, mancipiove habemus. Itaque ſi quidem (mancipio puta) acceperint, aut traditum [51] eis ſit, vel ſtipulati fuerint [52], ad nos pertinet. §. 19. Item ſi heredes inſtituti [53] ſint, legatumve [54] eis ſit: & hereditatem juſſu [55] noſtro adeuntes nobis adquirunt, & legatum ad nos pertinet. §. 20. Si ſervus alterius in bonis [56], alterius ex jure Quiritum ſit, ex omnibus cauſis adquiret ei, cujus in bonis eſt. §. 21. Is quem bona fide poſſidemus, ſive liber, ſive alienus ſervus ſit, nobis adquirit ex duabus cauſis tantum, id eſt, quod ex re noſtra, & quod ex operibus [57] ſuis adquirit: extra [58] has autem cauſas, aut ſibi adquirit, ſi liber ſit, aut domino, ſi alienus ſervus ſit. Eadem ſunt & in eo ſervo, in quo tantum uſumfructum habemus.

TIT. XX.

DE TESTAMENTIS [59].

§. 1. TEſtamentum eſt mentis noſtræ juſta conteſtatio [60], in id ſolenniter factum, ut poſt mortem noſtram valeat. §. 2. Teſtamentorum genera fuerunt tria [61], unum quod calatis [62] Comitiis, alterum quod in procinctu [63], tertium quod per [64] æs [65] & libram appellatum eſt. Illis duobus teſtamentis abolitis, hodie ſolum in uſu eſt, quod per æs & libram fit: id eſt, per mancipationem [66] imaginariam [67]: in quo teſtamento libripens adhibetur, familiæ emptor, & non minus quam quinque [68] teſtes, cum [69] quibus teſtamenti factio eſt.

§. 3. Qui in [70] poteſtate teſtatoris eſt, aut familiæ emptoris, teſtis ad [71] libræ penſa adhiberi non poteſt: quoniam familiæ mancipatio inter [72] teſtatorem & familiæ emptorem fit: & ob id domeſtici [73] teſtes adhibendi non ſunt. §. 4. Filio familiæ emente, pater [74] ejus teſtis eſſe non poteſt. §. 5. Ex duobus fratribus [75] qui in eadem patris poteſtate ſunt, alter familiæ emptor, alter teſtis eſſe non poteſt: quoniam quod unus ex his mancipium accipit, adquirit patri, cui filius ſuus teſtis eſſe non debet: pariter [76] & qui in poteſtate ejus eſt conſtitutus. §. 6. Duo fratres, qui in ejusdem patris poteſtate ſunt, teſtes utrique, vel alter teſtis, alter libripens fieri poſſunt, alio [77] familiam emente: quoniam nihil [78] nocet ex una domo plures teſtes alieno negotio adhiberi. §. 7. Mutus [79], ſurdus [80], furioſus [81], pupillus [82], fœmina [83] neque familiæ emptor [84], neque teſtis, libripensve fieri poteſt. §. 8. Latinus Junianus [85], & familiæ emptor, & teſtis, & libripens fieri poteſt: quoniam cum eo teſtamenti factio eſt [86]. §. 9. In teſtamento, quod per æs & libram fit, duæ [87] res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio teſtamenti. Nuncupatur [88] teſtamentum in hunc modum, Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit, *Hæc uti his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, itaque vos, Quirites, teſtimonium præbitote* [89]. Quæ nuncupatio & teſtatio vocatur. §. 10. Filius familiæ [90] teſtamentum facere non poteſt: quoniam nihil ſuum habet, ut teſtari de eo poſſit. Sed Divus Auguſtus Marcus [91] conſtituit, ut filius familiæ miles [92] de eo peculio quod in caſtris adquiſivit teſtamentum facere poſſit. §. 11. Qui de [93] ſtatu ſuo incertus eſt (facito quod patre peregre mortuo, ignorat ſe ſui juris eſſe) teſtamentum facere non [94] poteſt. §. 12. Impubes [95], licet ſui juris ſit, teſtamentum facere non poteſt: quoniam nondum plenum judicium animi habet.

§. 13. Mutus [96], ſurdus [97], furioſus [98], itemque prodigus [99] cui lege bonis interdictum [100] eſt, teſtamentum facere non poſſunt: mu-

1 Sed & legata &c. 2 *tit.* 1. §. 21. *tit.* 17. §. 2. *ſupr. eod. tit.* 25. §. 17. 3 *L.* 2. *Inſt.* 1. 4 *L.* 41. *ff.* 1. 5 Tollitur differentia rerum mancipi & nec mancipi *tit. C. de uſucap. tranſfor.* 6 Mancipium eſt, quicquid capi communiter ac domari ſolet, ut homo, equus, ovis. Beſtiæ mancipia ſunt, cum primum domari incipiunt. *Iſidor.* 7 Adde *l.* 2. *in fin. ff. ad l. Aquil.* 8 §. 3. 4. 5. & 6. J. 9 §. 7. J. 10 §. 8. J. 11 §. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. J. *eod.* 12 §. 16. J. 13 §. 17. J. 14 Ejusque ſimilitudo. 1. Caj. 6. §. 4. unde imaginaria venditio dicitur, *Inſtit. de teſtam. ordin.* imaginaria cauſa *l.* 3. *ff. de capitis minut.* 15 Hæc particula diſpungenda. 16 Hac ſolennitate utebantur in emancipationibus. *d. l.* 3. §. 3. in teſtamentis, *Inſtit. de teſtam. ordin.* in ſolutionibus, Cicero 2. *de legibus.* & breviter Boëtius, quamcunque rem lege 12. tabularum, aliter quam per hanc ſolennitatem non potuiſſe alienari, teſtatur: adde Contium 1. *diſput.* 2. unde mancipatio inter actus legitimos refertur. *l.* 77. *ff. de regulis juris.* 17 Hæc ſolennitas fuit verborum. Qui mancipium accipiebat, æs tenens ita dicebat, *Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum eſſe ajo: isque mihi emptus eſt hoc ære æneaque libra.* deinde ære percutiebat libram idque ei dabat, a quo mancipium accipiebat. 18 *Inſt. de teſtament. ordinand.* Libripens libram æneam tenebat. 19 Latini libertini ad ſimilitudinem antiquæ Latinitatis (quæ in colonias miſſa eſt) videtur eſſe introducta. *l. un. C. de Latina libert. tollend. in princ.* 20 Peregrinis datur jus commercii *l.* 15. *ff. de interdictis & releg.* 21 Commercium, jus vendendi, emendi, permutandi *l.* 5. *ff. de juſtitia & jure.* Patet tamen interdum latius id vocabulum. *l.* 1. & *tot. tit. C. de commerciis.* 22 *l.* 20. *C. de pact.* 23 Propria. *Cujac.* 24 Rerum nec mancipi. nec mancipi rerum &c. Cujac. *hic.* 25 *d. l.* 20. 26 *d. l.* 20. 27 Dicitur etiam uſuscapio, ut & pignoriscapio. 7. Gell. 10. 28 Ita legit Iſidorus 5. *c.* 25. adjectio *l.* 3. *ff. de uſurp. & uſucap.* 29 Ceſſio in jure, ſeu præſente Prætore ita fit. Is cui res ceditur, Rem tenens ita vindicat, *Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum eſſe aio.* Ab his, Prætor interrogat cedentem, *An contra vindices*, vel A, F, A, id eſt, *Anne fias autor.* Eſt enim ita in notis apud Probum A, T, D, Q, C, V, id eſt, *Anne tu dicis qui contra vindicaveris?* Quo negante, aut tacente Prætor ei, qui vindicaſſet, rem addicebat, idque legis actio vocabatur. Formula addicendi talis eſſe potuit Q, N, H, E, H, P, E, V, A, id eſt, *Quando negas, hunc ego hominem præſenti & vindicanti addico.* Potuit etiam ita concipi Q, N, A, N, N, H, E, H, P, E, V, A, id eſt, *Quando neque ais, neque negas, hunc ego hominem petenti & vindicanti addico.* Hinc conſtat in rei vindicatione, non ſatis fuiſſe poſſeſſorem negare intentionem actoris, ſed præterea eum debuiſſe contra vindicare, *argumen.* §. 2. *Inſtit. de actionib. ibi, Poſſeſſor autem dominum ejus ſe eſſe dicat:* adde Cont. 1. *diſput.* 12. 30 Tribus verbis omne officium prætoris continebatur, *Do, Dico, Addico:* Dabat judices, Jus dicebat, Addicebat, *ut hic.* 31 Uſusfructus ceſſione finitur. *l.* 66. *ff. de jure dot.* 32 Vide §. 12. J. *eodem.* 33 *tit.* 11. §. 7. S. *eodem.* 34 Quæ & Ceſſicia. Fit autem vindicta: cedit libertatem dominus, ſervus vindicat: Prætor addicit. Verba domini ſi requiras, ea fuerunt: *Hunc hominem liberum eſſe volo*, Feſtus *in voce Manumitti:* Verba Prætoris, Φαμὲν τὸν παρόντα ἄνθρωπον εἶναι ἐλεύθερον καὶ πολίτην Ῥωμαῖον, Fragmentum indicis Latino græci in Bibliotheca regia. Interdum etiam fiebat manumiſſio, ſed & abſente Prætore, præſente ſolo ejus lictore. *l.* 23. *ff. de manumiſſ. vind.* 35 Vid. §. 13. & 14. J. *eod.* §. 15. J. *eod.* 36 Is a quo. Cujac. *hic.* 37 Qui debitoris hereditatem adit, contrahit cum defuncti creditoribus *l.* 3. *in fin. l.* 4. *ff. quibus ex cauſ. in poſſ.* 38 Superius dixit de hereditate. hic de rebus corporalibus. ut hinc colligas, Hereditatem inter res corporales non adnumerari. Hereditas, juris nomen. *l.* 119. *l.* 178. §. 1. *ff. de verbor. ſignif.* incorporalis §. 2. *Inſt. de rebus corporalibus.* 39 Cui ceſſæ ſunt. Cujacius ita legit, pro, ceſſa eſt hereditas. 40 §. *ult. Inſt. de off. judicis. l.* 11. *in fin. ff. de juriſd. l.* 21. §. 3. *ff. de annuis legatis.* 41 Nota formulam, id eſt, actionem. ut *tit.* 25. §. 12. J. *eod.* adjudicationis familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum. 42 §. 4. *Inſt. de off. jud.* 43 §. 5. *Inſt. de off. jud.* 44 §. 6. *Inſt. de off. jud.*

45 Quid caducum, vide *tit.* S. *eodem.* 46 Hanc particulam Hotomanus 3. *obſ.* 32. expungit. 47 Ereptitium, quod quaſi indigno aufertur, ut in *l. pen. ff. de jure fiſci:* quadrans eripiatur, & in *l.* 3. §. 5. *ff. ad l. Cornel. de ſicariis:* hereditas eripietur. Cujac. 6. *obſerv.* 37. & fiſco ſtatim ipſo jure vindicatur. *l.* 9. *l.* 18. *l. ult. ff. de his quæ ut indignis.* Et recte Ulpianus eripiendi verbo potius uſus eſt, quam auferendi ut indicaret, quaſi de manibus auferri, quod jam eſſet adquiſitum. *l.* 4. *ff. ne quis eum qui in jus.* vide Contium 1. *diſputat.* 12. Sed tamen Hotomanus 3. *obſerv.* 32. legit receptitium. Quod quid ſit, vide eundem dicto loco. 48 Ea lata eſt de caducis hereditatibus & legatis, ut Falcidia de modo legatorum. 49 *l.* 47. *in fin. ff. de peculio. l.* 120. *ff. de verb. ſignif.* 50 Vide *Inſtit. per quas perſonas cuique adqu.* 51 §. 3. *Inſtit. per quas perſ. cuiq. adq. l.* 10. §. 1. *ff. de adquir. rer. dom.* 52 Vide *Inſt. & ff. de ſtipulatione ſervorum.* 53 §. 3. *Inſtit. de heredibus inſtituendis.* 54 Dicto §. 3. *l.* 39. §. 1. *in fin. l.* 86. §. 2. *ff. de legatis* 1. 55 In hereditate, nihil mutatum: in legato mutatum, cum invito ſervus adquirat. *d.* §. 3. 56 Id eſt, Bonitarius, Theophilus *Inſt. de libertin.* §. καὶ τοῦτ' ἔστιν ὥς εἶπον, φυσικὴ δεσποτεία καὶ ἔννομος δεσποτεία. καὶ ἡ μὲν φυσικὴ λέγεται, in bonis: καὶ δεσπότης βονιτάριος, ἡ δὲ ἔννομος λέγεται, Jure Quiritum, ex jure Quiritum. Hæc ille, adde *tit.* 1. §. 16. S. *eod.* 57 Ex operis. ita tamen ſcriptum reperio in *l.* 36. *ff. de ſtip. ſerv.* 58 §. 4. *Inſtit. per quas perſ. cuique adqu.* 59 *L.* 2. *Inſt.* 10. adde 4. Paul. *ſent.* 4. 60 6. Gell. 12. teſtatio *Inſt. eod.* μαρτυρία, Theophil. *Inſt. de teſtament. ordinand.* ſententia. *l.* 1. *ff. qui teſtament.* βούλησις 25. *Eclog.* 1. *c.* 2. 5. Harmenop. 1. 61 *Inſt. eod.* §. 1. 15. Gell. 27. 62 Comitia calata, pro collegio pontificum habebantur: aut regis ſacrorum, aut flaminum inaugurandorum cauſa. Eorum alia Curiatis (quæ per lictorem Curiatim calari, id eſt, convocari moris erat) Centuriata per cornicinem. Calatis etiam ſacrorum deteſtatio & teſtamenta fieri ſolebant. Gellius 15. 27. Calata comitia bis anno fieri ſolita ſcribit, pacis tempore; calata dici, quod populus ad ea vocetur. Eſt enim calari τὸ καλεῖν, Theoph. *d. loco.* Is autem, qui non univerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe jubet, non comitia, ſed concilium edere jubet. Centuriata in campo Martio habebantur, non intra pomerium. Illud addendum eſt ex Lælio Fœlice, Curiata comitia fuiſſe, cum ex generibus omnium ſuffragium ferretur: Centuriata, cum ex cenſu & ætate. Tributa, cum ex regionibus & locis, 15. Gell. 27. *in fin.* Videtur tamen Feſtus *in Centuriata.* Centuriata & Curiata confundere. 63 Cum in prælium exituri eſſent. *Inſt. eod.* §. 1. cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur. 15. Gell. 27. 64 Per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhibebatur. 15. Gell. 27. 65 §. 1. *Inſtit. eod.* 66 Emancipationem 15. Gell. 27. §. 1. *Inſtit. eod.* 67 Vid. *l. ult. C. de adopt.* 68 *tit.* 19. §. 3. *ſupr. eod.* Hodie ſeptem adhibendi §. 3. *Inſt. eodem.* 69 §. 6. *Inſt. eod.* 70 §. 9. *Inſt. eod.* 71 Aut libripens. *ita legendum eſt.* 72 *l.* 20. *ff. qui teſtamenta.* 73 Vid. *l.* 24. *ff. de teſtib. l.* 3. *C. de teſtib.* 74 §. 8. *Inſt. eod.* 75 *d.* §. 8. 76 Pater. *Cujac.* 77 Duo fratres in alieno teſtamento teſtes eſſe poſſunt. *d.* §. 8. *in fin. l.* 22. *ff. qui teſtamenta.* 78 *d.* §. 8. *in fin. l.* 17. *ff. de teſtib.* 79 §. 6. *Inſt. eod.* 80 *d.* §. 6. 81 *d.* §. 6. *l.* 20. §. 4. *ff. qui teſtamenta.* 82 *d. l.* 3. §. 5. *l.* 19. *in fin. ff. de teſtib.* §. 6. *Inſt. eod.* 83 Vid. §. 6. *ff. qui teſtamenta. l.* 18. *ff. de teſtib.* 84 Id eſt, heres. 85 De quo dictum eſt *tit.* 1. §. 5. S. *eod.* & *tit.* 3. S. *eod. tit.* 19. §. 4. S. *eod.* 86 Et commercium habet. *d.* §. 4. 87 Quænam agantur in teſtamento, per æs & libram. 88 Formula nuncupationis teſtamentariæ, cui adde *l.* 58. *ff. de her. inſt.* 89 Perhibetote. Apuleius 2. Vos in hanc rem, boni Quirites, teſtimonium perhibetote. 90 *l.* 6. *l.* 16. *l.* 19. *ff. qui teſtam.* 91 Supereſt Marcus *Inſt. quib. non eſt permiſſ. facere.* 92 *l.* 6. *in fin. ff. de injuſto. l.* 22. *ff. de teſtamento militis.* 93 *l.* 14. *in fin. l.* 15. *ff. qui teſtamenta.* 94 Vid. *Novell. Leonis* 40. 95 §. 1. *Inſt. quib. non eſt permiſſ. l.* 5. *ff. qui teſtamenta.* 96 *l.* 6. *in fin. l.* 7. *ff. eod.* §. 3. *Inſt. quib. non eſt permiſſ.* 97 *d. l.* 6. *d. l.* 7. *l.* 16. *ff. eodem.* 98 *l.* 16. §. 1. *l.* 17. *ff. eod.* 99 §. 2. *Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac.* v. tamen *Novell. Leonis* 39. 100 *l.* 18. *ff. eodem.*

tus,

tus, quoniam [1] verba nuncupationis loqui non poteſt: ſurdus, quoniam [2] verba familiæ emptoris exaudire non poteſt: furioſus, quoniam [3] mentem non habet, ut teſtari de ea re poſſit: prodigus, quoniam [4] commercium illi interdictum [5] eſt, & ob id familiam mancipare non poteſt. §. 14. Latinus Junianus, item is qui Dedititiorum numero eſt, teſtamentum facere non poteſt. Latinus [6] quidem, quoniam nominatim lege Junia prohibitus eſt. is autem qui Dedititiorum [7] numero eſt, quoniam nec quaſi civis Romanus teſtari poteſt, cum ſit peregrinus [8]: nec quaſi peregrinus, quoniam nullius certæ civitatis, ſciens [9] ut adverſus [10] leges civitatis ſuæ teſtetur.

§. 15. Fœminæ poſt duodecimum annum ætatis teſtamenta facere poſſunt tutore auctore, donec in tutela ſint. §. 16. Servus publicus [11] prætorisve, parte dimidia teſtamenti faciendi habet jus.

TIT. XXI.

QUEMADMODUM [12] HERES INSTITUI DEBEAT.

HEres inſtitui recte poteſt his verbis [13], *Titius heres eſto*, *Titius heres ſit*, *Titium heredem eſſe jubeo.* Illa autem inſtitutio, *Heredem inſtituo*, *Heredem facio*, plerisque improbata eſt [14].

TIT. XXII.

QUI HEREDES INSTITUI POSSUNT.

§. 1. HEredes inſtitui poſſunt, qui teſtamenti factionem [15] cum teſtatore habent. §. 2. Dedititiorum numero heres inſtitui non poteſt, quia peregrinus [16] eſt, cum quo teſtamenti factio non eſt. §. 3. [Latinus Junianus [17],] ſi quidem mortis teſtatoris tempore, vel intra [18] diem cretionis civis Romanus ſit, heres eſſe poteſt: quod ſi Latinus manſerit, lege Junia capere hereditatem prohibetur. Idem juris eſt in perſona cœlibis [19] propter legem Juliam. §. 4. Incerta [20] perſona heres inſtitui non poteſt, veluti hoc modo: *Quisquis primus ad funus meum venerit, heres eſto:* quoniam certum conſilium debet eſſe teſtantis.

§. 5. Nec [21] municipia, nec municipes heredes inſtitui poſſunt [22]: quoniam incertum [23] corpus eſt, ut neque cernere univerſi, neque pro libito de herede cernere [24] poſſunt ut heredes fiant. Senatusconſulto [25] tamen conceſſum eſt, ut a libertis ſuis [26] heredes inſtitui poſſint. Sed fideicommiſſa hereditas municipibus reſtitui poteſt [27]: idque hoc ſenatusconſulto [28] proſpectum eſt. §. 6. Deos [29] heredes inſtituere non poſſumus præter eos, quos ſenatusconſulto, conſtitutionibus Principum inſtituere conceſſum eſt: ſicut Jovem Tarpejum [30], Apollinem Didymæum [31], ſicuti Martem in Gallia [32], Minervam Melienſem [33], Herculem Gaditanum [34], Dianam Epheſiam [35], matrem deorum Cybelem [36], eam quæ Smyrnæ colitur & Cœleſtum [37] Salinenſem Carthaginis. §. 7. Servos heredes inſtituere poſſumus noſtros cum [38] libertate: alienos ſine libertate: communes, cum libertate, vel ſine libertate [39]. §. 8. Eum ſervum qui tantum in bonis noſter eſt, nec cum libertate heredem inſtituere poſſumus, quia Latinitatem conſequitur: quod non proficit ad hereditatem capiendam [40]. §. 9. Alienos ſervos heredes inſtituere poſſumus: eos tamen, quorum cum dominis teſtamenti factionem habemus. §. 10. Communis ſervus cum libertate recte quidem heres inſtituitur, quaſi proprius, pro parte noſtra: ſine libertate autem, quaſi alienus, propter ſocii partem. §. 11. Proprius ſervus cum libertate heres inſtitutus, ſi [41] quidem in eadem cauſa permanſerit, ex teſtamento liber & heres fit, id eſt neceſſarius. §. 12. Quod ſi ab ipſo teſtatore vivente manumiſſus, vel [42] alienatus ſit: ſuo arbitrio, vel juſſu emptoris hereditatem adire poteſt. Sed ſi ſine libertate ſit inſtitutus, omnino non [43] conſtat inſtitutio. §. 13. Alienus [44] ſervus heres inſtitutus, ſi quidem in ea cauſa permanſerit, juſſu domini debet hereditatem adire. Quod ſi vivo teſtatore manumiſſus, aut alienatus a domino fuerit: aut ſuo arbitrio, aut juſſu emptoris poterit adire hereditatem. §. 14. Sui [45] heredes inſtituendi ſunt, vel exheredandi. Sui autem heredes ſunt liberi quos in poteſtate habemus, tam naturales, quam adoptivi: item uxor quæ in [46] manu eſt, & nurus quæ in manu eſt filii, quem in poteſtate habemus. §. 15. Poſthumi [47] quoque liberi, id eſt, qui in utero ſunt, ſi tales ſunt, ut nati in poteſtate noſtra futuri ſint, ſuorum heredum numero ſunt. §. 16. Ex ſuis heredibus filius quidem neque heres inſtitutus, neque nominatim exheredatus, non patitur valere teſtamentum. Reliquæ vero perſonæ liberorum, velut filia, nepos, neptis, ſi præteritæ ſint, valet teſtamentum. §. 17. Scriptis [48] heredibus adcreſcunt, ſuis quidem heredibus in partem virilem, extraneis autem in partem dimidiam. §. 18. Poſthumi, quoque liberi cujuscumque [49] ſexus omiſſi, quod valuit teſtamentum, agnatione rumpitur [50]. §. 19. Eos qui in utero [51] ſunt, ſi nati ſui heredes nobis futuri ſunt, poſſumus inſtituere heredes: ſi [52] quidem poſt mortem noſtram naſcantur, ex jure civili [53]: ſi vero viventibus nobis, ex lege Julia [54]. §. 20. Filius qui in poteſtate eſt, ſi non inſtituatur heres, nominatim exheredari debet: reliqui ſui heredes utriusque ſexus aut nominatim, aut inter [55] cæteros. §. 21. Poſthumus filius nominatim exheredandus eſt: filia poſthuma, cæteræque poſthumæ fœminæ vel nominatim, vel [56] inter cæteros [57]: dummodo inter cæteros exheredatis aliquid legetur. §. 22. Nepotes & pronepotes, cæterique maſculi poſthumi præter filium, vel nominatim, vel inter cæteros, cum adjectione legati ſunt exheredandi: ſed tutius [58] eſt tamen nominatim eos exheredari: & id obſervatur magis. §. 23. Mancipatos [59] liberos cum jure civili neque heredes inſtituere, neque exheredare neceſſe ſit, tamen prætor jubet, ſi non inſtituantur heredes, exheredari maſculos omnes, nominatim fœminas vel inter cæteros: alioqui contra tabulas bonorum poſſeſſionem eis pollicetur. §. 24. Inter neceſſarios heredes, id eſt, ſervos [60] cum libertate heredes ſcriptos, & ſuos ſcilicet neceſſarios, id eſt, liberos qui in poteſtate ſunt, jure civili nihil intereſt (nam utrique etiam inviti heredes ſunt) ſed jure prætorio ſuis & neceſſariis heredibus abſtinere ſe a parentis hereditate permittitur [61]: neceſſariis autem tantum heredibus abſtinendi poteſtas non datur. §. 25. Extraneus heres, ſi quidem cum cretione [62] ſit heres inſtitutus, cernendo fit heres: ſi vero ſine [63] cretione, pro herede [64] gerendo. §. 26. Pro [65] herede gerit, qui rebus hereditariis tanquam dominus utitur: velut qui actionem [66] rerum hereditariarum facit, aut ſervis hereditariis cibaria mandat. §. 27. Cretio [67] eſt certorum dierum ſpacium, quod datur inſtituto heredi ad deliberandum: utrum expediat ei adire hereditatem, necne, velut [68], *Titius heres eſto cernitoque* [69] *in diebus centum proximis, quibus ſcieris* [70], *poterisque: niſi ita creveris, exheres eſto.* §. 28. Cernere eſt [71] verba cretionis dicere, ad hunc modum [72], *Cum me Mævius heredem inſtituerit, eam hereditatem adeo cernoque.* §. 29. Sine cretione heres inſtitutus, ſi conſtituerit, nolle ſe heredem eſſe, ſtatim excluditur ab hereditate, & amplius eam adire non poteſt. §. 30. Cum cretione vero heres inſtitutus, ſicut cernendo fit heres, ita non [73] aliter excluditur, quam ſi intra

1 Mutus cur teſtari non poſſit. 2 Surdus teſtari non poteſt, & cur. 3 Cur furioſus teſtari non poſſit. 4 Quam ob cauſam prodigus teſtari non poſſit. 5 Formulas interdictionis vid. apud Paulum 3. *ſent.* 4. §. 7. 6 Latinus Junianus teſtari non poteſt. vide *C. de Latina libert. tollend.* 7 Dedititii teſtari non poſſunt. *tit.* 22. §. 2. J. v. *tit. C. de dedit. libert.* 8 Peregrinus teſtamenti factionem non habet, *ut hic:* niſi accepto uſu togæ, *l.* 31. 32. *ff. de jure fiſci.* 9 Civis. Cujac. *hic.* 10 Id eſt, Secundum. Cujac. *hic.* Sic titulo 28. J. *eodem.* bonorum poſſeſſio adverſus tabulas quæ juxta tabulas *tit.* 23. eandem eſſe ſignificationem verbi, *Adverſus* in *lege* 5. *ff. de uſurp. & uſucap.* idem Cujacius ait, quo nomine reprehenditur a Roberto 2. *recept.* 32. 11 Populi Romani. Cujacius ita hanc vocem emendavit. quod in omni ſervo non eſt verum. *l.* 19. *ff. qui teſtamenta.* vid. *Nov. Leonis* 38.

12 Id eſt, qua formula. 13 Olim ita jus fuit, hodie quibuscumque verbis inſtitui poteſt. *l.* 15. *C. de teſtamentis.* 14 Cur ita? An quia lex ſola heredem inſtituit? An potius quod nonnullis hæc verba non videntur directa? Hodie ſolennitas omnis verborum ſublata. *d. l.* 15.

15 *l.* 52. *ff. de her. inſt.* 16 Peregrinus inſtitui non poteſt, *ut hic:* ſed nec inſtituere *tit.* 20. §. 14. S. *eod.* 17 V. *d.* §. 14. 18 Adde §. 4. *Inſtit. de hered. qualitat.* 19 V. *tit.* 14. 15. 16. S. *eod.* 20 §. 25. *Inſt. de legat. l.* 69. §. 4. *ff. de jure dot.* Paul. 3. *ſent.* 6. §. 13. 21 Plinius 5. *epiſtolar.* nec heredem inſtitui, nec præcipere rempublicam poſſe conſtat. Cujac. *hic.* 22 Poteſt tamen eis legari. v. *l.* 122. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falcid.* 23 Ratio petita ex §. 4. S. *eod.* 24 Cujacius legit *pro herede gerere.* Nam aut cretione aut pro herede geritione heredes ſunt. 25 De quo vid. *l.* 1. *ff. de libert. univerſ.* 26 *d. l.* 1. 27 *l.* 26. *ff. de negotiis geſtis. l.* 26. *ff. ad SCt. Trebell.* 28 Aproniano, quod factum eſt temporibus D. Marci. *d. l.* 26. 29 Deo tamen relinqui potuit. *l.* 5. §. 12. *ff. de donat. int. vir. l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falcid.* Paul. 4. *ſent.* 3. §. 3. Quemadmodum & apud Chriſtianos Chriſtus inſtitui poteſt. *l.* 26. *C. de ſacroſanctis eccleſiis.* 30 Ita dictus a Tarpejo monte. Tarpejus autem appellatus fuit a Tarpeja virgine Veſtali ab Sabinis necata, ibique ſepulta. antea Saturnius mons, & in eo oppidum Saturnium, unde Saturnia terra. Poſtremo mons Capitolinus dictus, quod cum fundamenta foderentur ædis Jovis, caput humanum inventum fuit. Varro 4. *de lingua.* 31 Apollinis templum & oraculum quod Didymis fuit antiquum. Pauſanias 7. *in Achaicis*, ejusdem facit mentionem in 2. ſeu Corinthiacis. adde Strabonem 9. & 11. 32 Galli quondam Mercurium coluere maxime. poſt hunc, Apollinem & Martem & Jovem & Minervam. Martem bella regere. Marti, cum prælio dimicare conſtituiſſent, ea quæ bello cepiſſent plerumque devovebant: quæ ſupererant animalia capta immolabant, reliquas res in unum locum conferebant. vide Cæſar. 6. *de bello Gallico:* De diis veterum Gallorum, vide P. Pithœum *c.* 1. *adverſ.* 3. 33 A Melio urbe, non procul ab Euphrate: niſi malis hic legere Melitenſem. 34 De Gadibus & Hercule, v. Strabonem 3. *in fin.* fuit & alius cognomento Gallus & Ogmius: de quo v. Lucianum *in Hercule.* 35 V. *Act.* 19. *verſ.* 26. 27. *de templo Dianæ* Euſeb. 36. Plin. 14. 36 De qua dixi libro ſuperiore. 37 Tertullianus 23. *Apologet.* Unicuique, inquit, etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtartis, ut Arabiæ Diaſares, ut Norico Tibilenus, ut Africæ Cœleſtus, ut Mauritaniæ reguli ſui. & *poſt*, Cruſtumienſium Delventinus, Narnienſium Viridianus, Aſculanorum Ancaria, Volſinienſium Nurſia, Otriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia, Faliſcorum Juno Curilis & pater Curis. Sed nos ſoli arcemur a religionis proprietate. *Hæc ille.* Cui loco viſum illud Arnobii 8. adjungere. Inde adeo per univerſa imperia, provincias, oppida videmus ſingulos ſacrorum ritus gentiles habere, & deos colere municipes, & Eleuſinos Cererem, Phrygas Magnam matrem, Epidaurios Æſculapium, Chaldæos Belum, Aſtartem Syros, Dianam Tauros, Gallos Mercurium, univerſa Romanos. Porro quis fuerit Cœleſtus an deus, an dea ambigitur. Petrus Pithœus 1. *adverſ.* 4. deam fuiſſe ait. Ammianus *lib.* 22. Aſclepiades Philoſophus cum viſendi gratia Juliani ad id ſuburbanum veniſſet, deæ Cœleſtis argenteum breve figmentum quocunque ibat ſecum ſolitus efferre, ante pedes ſtatuit ſimulachri ſublimes, accenſisque cereis ex uſu, fecit. Philaſtrius Brixienſis *in Catalogo hæreſ.* Alia, inquit, hæreſis in Judæis quæ Reginam, quam & Fortunam cœli nuncupant, quam & Cœleſtem vocant in Africa. Tertullianus *in Apologet.* 123. Iſta ipſa virgo Cœleſtis, pluviarum pollicitatrix. Salvianus *de gubernatione.* Cœleſtis illa. Idem 8. *de providentia.* Apul. 4. *Floridor.* Carthago, Africæ Muſa Cœleſtis, ut non injuſta ratione poſſis dicere legendum eſſe apud Tertullianum *in libro de virginibus.* Cœleſtis Africæ, non Ceres Ambroſ. 1. *epiſt. ad Valent.* 38 Hodie etiam ſine libertate inſtituere poſſumus. *Inſt. de hered. inſtit. l. penult. C. de neceſſariis.* 39 Priore caſu, ſocio adcreſcit: poſteriore, ſervus communis eſt heredis & ſocii, *l.* 63. §. 9. *ff. pro ſocio. l.* 49. *ff. ad l. Falc.* Paul. 3. *ſent.* 6. §. 4. 40 Niſi intra dies cretionis civis Romanus fiat. 41 §. 1. *Inſt. de hered. inſt.* 42 Hæc verba, *vel alienatus*, deſiderantur apud Juſtinianum §. 1. *verſ. Si vero a vivo teſtatore. Inſt. de hered. inſt.* 43 Hodie valet *l. penult. C. de neceſſariis.* 44 *d.* §. 1. *verſ. alienus quoque.* 45 *l.* 1. *ff. de hered. inſtit. Inſt. de exheredat. liberor.* 46 Cajus 3. *Inſt. apud Ruffinum tit.* 16. Uxor, inquit, quæ in manu ejus eſt, ea ſua heres eſt; quia filiæ loco eſt. item nurus, quæ in filii manu eſt: nam & hæc neptis loco eſt. ſed ita demum erit ſua heres, ſi filius cujus in manu erit, dum pater moritur, in poteſtate ejus non ſit. Idemque dicimus & de ea, quæ in nepotis manu matrimonii cauſa ſit, quia proneptis loco eſt. 47 Poſthumi quoque, qui ſi vivo parente nati eſſent, in poteſtate ejus futuri forent, ſui heredes ſunt. Cajus *d. loco.* 48 Legendum eſt, *ſed ſcriptis* eo ſenſu: Jure antiquo, filiarum nepotes, præteriri potuiſſe, ſed nec teſtamentum ex cauſa præteritionis infirmaſſe, cum illis conſultum ita foret. Nam ſcriptis concurrebant: ſuis quidem, in virilem: extraneis, in dimidiam. & hoc eſt, quod a Triboniano obſcure ſcriptum eſt, Jus adcreſcendi eis ad certam portionem præſtitum. *Inſt. de exhered. liber. verſ. ſed non ita.* 49 Ut in eo par ſit maſculorum & fœminarum conditio. §. 1. *Inſt. de exher. liber.* 50 Rumpunt. 51 Poſthumi, heredes inſtitui poſſunt. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 24. *l.* 27. *l.* 29. *ff. de liber. & poſthum.* 52 Duæ poſthumorum ſpecies, alii enim poſt mortem teſtatoris naſcuntur: alii poſt teſtamentum vivo teſtatore. *l.* 3. §. 2. *ff. de injuſto.* 53 Id eſt, legibus 12. tabularum, quod jus antiquum a Scævola dicitur in *l.* 29. §. 7. *ff. de liber. & poſthum.* habita ratione ad legem Velleiam. 54 Velleia ſc. §. 2. *Inſt. de exhered. liber. l.* 29. §. 11. *ff. de liber. & poſthum.* 55 *Inſt. de exher. verſ. ſed non ita. in fin.* Inter cæteros exheredare, eſt ἀορίστως ſive indefinite exheredare. fuit autem hæc formula: *Cæteri exheredes ſunto.* Theophil. *Inſt. de exh. liber. l.* 25. *ff. de liber. & poſthum.* & opponitur inter cæteros exheredatio ei, quæ nominatim fit. §. 21. J. *eod.* Nominatim exheredatio longe diverſa ab indefinita, & generali exheredatione, de qua v. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de liber. & poſthum.* 56 §. 1. *in fin. Inſt. de exher. liber.* 57 Hoc quid eſſet, dixi ad §. 20. S. *eod.* 58 §. 1. *in fin. Inſt. de exher. liber.* 59 Id eſt, emancipationis. §. 3. *Inſt. de exher. liber.* 60 §. 1. *Inſt. de her. qualit.* 61 §. 2. *verſ. ſed his Prætor. Inſt. de hered. qualit.* Sui beneficium abſtentionis habent: extranei, ſeparationis. Illi, ne ſint heredes. Hi ne res adquiſitæ poſtea veneant. 62 Id ut fiat, vid. §. 27. J. 63 Vid. §. 29. J. *eod.* 64 Vid. §. 26. J. 65 Vid. *l.* 20. *ff. de adq. vel omitt. her.* §. 7. *Inſt. de hered. qualit.* 66 Id eſt, auctionem, vid. *l.* 2. *in fin. ff. de collat. bonor. l.* 48. *ff. de uſurpat. & uſucap. l.* 2. §. 8. *ff. pro emptore.* 67 Cretiones hodie ſublatæ ſunt, *l.* 17. *C. de jure deliberandi.* 68 Formula inſtituendi cum cretione. 69 Id eſt, facito ut videat te heredem. Varro 5. *de ling.* 70 Cic. 1. *de Orat.* ut in cretionibus ſcribi ſolet, *quibus ſciam poteroque.* 71 Cernere, eſt quaſi decernere ſe heredem eſſe velle. *l.* 13. §. *pen. ff. de adqu. vel omitt. hered.* cujus rei facultas non eſt in pupillo. *l.* 9. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 72 Formula cernendi. Hujus loci veſtigia ſunt apud Varronem 5. *de lingua.* In cretione adhiberi jubet teſtes & *lib.* 6. Heres cum conſtituit ſe heredem eſſe, dicitur cernere: & cum id fecerit, creviſſe. Varroni reſpondet Cic. 13. *ad Attic.* Cretionem fieri teſtibus præſentibus. Fiebat etiam verbis ſolennibus, *ut hic:* & *l.* 51. *in fin. ff. de adq. vel omitt. hered.* pure fit. eſt enim actus legitimus. *l.* 77. *ff. de reg. jur.* & ſemel *l.* 80. *in fin. ff. de adq. vel omitt. hered.* non per alium *l.* 90. *ff. de adq. vel omitt. her.* Ejus ſymbolum, digitorum percuſſio, dixi ad epigraphen tituli *de verbor. obl.* 73 Dixi ſuperius, ſublatam cretionis ſcrupuloſitatem. *l.* 17. *C. de jure deliberandi.*